



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

xij. De suspensionibus contra iudices Ecclesiasticos, Religiosos. & Capitula, seu conuentus in iure latis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13883

cessori effluxisse, & excurrisse intelligatur, ut termino ipso iuxta prædicta completo debitam tunc visitationem quã primam conficere teneatur. Qui verò iam sunt ordinati, aut Pallium à Sede Apostolica susceperunt, aut ad aliam Ecclesiam translati sunt, prout cuique distantia locorum, & temporum interualla præscripta sunt, ad prædicta oia obseruanda a die publicationis præsentis constitutionis omnino teneantur. Iubemus igitur in virtute Sancte obediencie prædictis oibus Antistitibus præsentibus, & futuris, ut visitatione prædictam sibi, suisque Ecclesijs a deo vniuersis, ac necessarij iuxta præscriptam formulam omnino conficiant. Si verò quod absit, non egerint, eos ab ingressu Ecclesie, ac etiam ab administratione tam spiritualium, quã temporalium, nec non à perceptione fructuum suarum Ecclesiarum, à Capitulis eorum omni exceptione, & mora cessante, interim libere exigendorum, & in opus fabricarum, seu ornamentorum Ecclesie emptione, prout maior exegerit necessitas, insumendorum, ipso facto tã diu suspensos esse volumus, donec à contumacia resipiscentes relaxationem suspensionis huiusmodi à Sede prædicta meruerint obtinere. Non obstantibus Priuilegijs quibuscumque, &c.

Decimus quartus esse potest ille, qui habetur in Extraneis de reb. Eccl. non alien. vbi Paulus Papa II. ait, Quod alienatas bona Ecclesiarum, Monasteriorum, locorum, priorum quorumlibet inconsulto Romano Pontifici, si Pontifici, vel Abbati præfulgeat dignitate ingressus Ecclesie eis penitus interdictus sit. Et si per sex menses immediate sequentes, sub interdicto huiusmodi animo (quod absit) perseverauerint indurato lapsis mēibus eisdem regimine, & administratione suæ Ecclesie, vel Monasterij, cui præsidet in spiritualibus, & temporalibus, sint eo ipso suspensi. Inferiores verò prælati, Commendatarij, & aliarum Ecclesiarum rectores, beneficia, vel administrationem quomodolibet obtinentes, Prioratibus, præposituris, præposituribus, dignitatibus, personaribus, administrationibus, officijs, Canonicatibus, præbendis, alijsque Ecclesiasticis cum cura, & sine cura, secularibus, & regularibus beneficijs quorum res, & bona alienarunt duntaxat ipso facto priuati existant, illaque absque declaratione aliqua vacare censentur, ita vt à solitis collatoribus personis idoneis liberè de iure conferri possint, nisi alijs dispositioni Apostolice sedis sint specialiter, aut generaliter referuata; nihilominus alienatas res, & bona huiusmodi ad Ecclesias, monasteria, & loca pia, ad quæ ante alienationem huiusmodi pertinebant, liberè reuertantur. Hæc Paulus Venetus Papa II. anno 1468. Pontificatus sui anno quarto, cuius etiam meminit Alphonsus Vialdus titu. de suspensione. numer. 72. de qua plura diximus lib. 3. cap. 32. excommunicatione octaua. Qui casus licet religiosis, & alijs Clericis conueniat, quia tamen Episcopis etiam competit, hoc in loco a nobis appositus est.

Decimus quintus habetur in Bulla Pij V. quæ incipit, Quanta Ecclesie, edita 1568. Calen. Aprilis, Pontificatus sui anno tertio, & est Constitutio 58. eiusdem in ordine vbi statuit, vt Episcopi, & alij facultatem habentes eorum duntaxat resignationes beneficiorum recipere, & admittere possint, qui aut senio confecti, aut valetudinarij, aut corpore impediti, vel vitiati, aut Crimini obnoxij, censurisque Ecclesiasticis irretiti, aut nequeunt, aut non debent, Ecclesie, vel beneficio inferuire: seu qui vnũ aliud vel plura beneficia obtinuerint, vel quos ad aliud contigerit promoueri, religionem quoque ingressuri, vel matrimonium contracturi, si statim postea id se ipsa exequatur, denique eum quis ex alijs causis acciderit, qui constitutione felicis recordationis Innocentij Papæ III. de dimittendis Cathedralibus Ecclesijs edita continentur. Qui et ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audent in loco beneficij residere securi. Sed nec horum vllus Sacro ordini mancipatus, nisi religionem ingressurus valeat vllò modo beneficiũ, vel officium Ecclesiasticũ resignare, nisi aliud ei sit, quo in vita possit, eomodò sustentari. Ad hæc beneficiorum, & officiorum permutationes admittere, quæ Canonicis Sanctioribus, & Apostolicis Constitutionibus permittuntur. Cuius autem Episcopi, & alij prædicti, iteque oēs electores, præsentatores, & patroni tã Ecclesiastici, quam laici

quicumque sint, ne verbo quidè aut nutu, vel sig. 30. tunc in huiusmodi beneficijs, & officijs successores, ab ipsis resignantibus, aut alijs eorum significatione vel hortatu designantibus, aut de his assumendis promissio inter eos, vel et intentio qualicumque intercedat, Præcipimus insuper & interdiciamus, ne ipsi Episcopi aut alij collatores de beneficijs, & officijs resignandis prædictis, aut suis, aut admittentium consanguineis, affinis, vel familiaribus, et per fallacem circuitum multiplicaturum in extraneos collationum audeant providere, quod si secus, ac etiam quicquid præter, vel contra formam prædictorum fuerit a quocumque temere attemptatum, id totum ex nunc vires, & effectum decernimus non habere. Qui verò contra fecerint, vt in eo in quo deliquerint, puniantur, a beneficiorum, & officiorum collatione, nec non electione, presentatione, confirmatione, & institutione, pro vt cuique cõpetierit, tã diu suspensi remaneant, donec remissione à Romano Pontifice meruerint obtinere, & qui talia beneficia, seu officia receperint, eos prædictis penis volumus subiacerè nihilominus in eos, qui sic suspensi conferre, eligere, præsentare, confirmare, vel instituire ausi fuerint, excommunicationis sententiam ipso facto promulgamus, quibus nullus alius quã ipse Romanus Pontifex siue absolutiois, siue relaxationis gratiam (excepto mortis articulo) valeat impertire, Constitutio autem Innocentij Papæ III. cuius hic mētio fit, habetur in cap. Nisi cum præd. de renunciat. vbi sex causas assignat ex quibus Episcopi petere, & Papa consuevit concedere cedendi licentiam, & sunt istæ, *Conscientia criminis; Debilitas corporis; Defectus scientiæ; Malitia plebis; Graue scandalum; Irregularitasque persona.* Quas causas omnes præfatus Innocentius Pontifex ibidem latius explicat. Quæ sex causæ his verbis comprehendipossunt;

Debilis ignarus, male conscius, irregularis,

Quem mala plebs odit, dant scandala, cedere possit.

De huiusmodi autem fallaci circuitu multiplicaturum collationum in extraneos, quæ Papa Pius V. vbi supra prohibet extat Bulla Innocentij Papæ V. III. quæ incipit, *Sicut bonus pastor*, edita anno Dñice incarnationis millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, quinto Calendas octobris Pontificatus sui anno octauo, & est Constit. 13. eiusdem ordine.

De Suspens. contra iudices Ecclesiasticos, religiosos, & Capitula, seu conuentus in iure laici. Cap. VIII.

SUMMARIUM.

- 1 *Iudices Ecclesiastici sententiam excommunicationis sine debita iuris monitione ferentes ab ingressu Ecclesie per mensem suspensi sunt.*
- 2 *Iudices Ecclesiastici censuram aliquam sine scriptis, aut sine cause expressione ferentes ab ingressu Ecclesie, & ab officijs diuinis per mensem sunt suspensi.*
- 3 *Iudex Ecclesiasticus ordinarius, vel delegatus contra iustitiam, vel conscientiam parvi litiganti iniuriam faciens per annum ab executione officij est suspensus.*
- 4 *Iudices conseruatores sedis Apostolice scienter se intro-mittentes in cognitione aliarum causarum, quæ de manifestis iniurijs, per annum ab officio suspensi sunt.*
- 5 *Abbas subditis suis laicis consuevam, aut minores conferens aut literas dimissorias concedens, ab officio, & beneficio per annum ipso iure est suspensus.*
- 6 *Abbas, aut Prior supra se Abbatem non habens in ordine monachorum nigrorum in habitu, & pertinentibus ad honestatem vestitus delinquens, per annum à beneficiorum collatione est suspensus.*
- 7 *Monachi inferiores nigri, in vestitu delinquentes ab omni administratione per annum suspensi sunt.*
- 8 *Abbas, aut Prior ordinis S. Benedicti venationi, aut occupationi etiam rose interessentes à collatione beneficiorum per biennium suspensi sunt.*

- 9 Monachi inferiores ordinis S. Benedicti, si venationi clamorosa presentes sint, per biennium ab administratione, quam habent, suspenduntur.
- 10 Prælati religiosorum occasione excessuum suorum subditorum aliquid recipientes, quando, & quamdiu sint suspensi.
- 11 Religiosi quicumque præsidentes Monasterijs, iura, redditus, aut possessiones loci alicui ad vitam, vel ad certum tempus concedentes, quando suspensionem incurrant.
- 12 Fratres Prædicatores, perturbantes fratres Minores circa officium Inquisitoris contra hæreticos, & e contra, ab executione ordinum sacrorum quousque suspendantur.
- 13 Fratres Prædicatores, & Minores ante annum probationis elapsum aliquem ad professionem admittentes à receptione quorumcumque ad professionem sui ordinis suspensi sunt.
- 14 Religiosi non professi ad sacros ordines promoti, à susceptione ordinum suspensi sunt.
- 15 Religiosi absque licentia, & literis dimissionis proprii Prælati sacris initiati, ab exercitio ordinum sic susceptorum suspenduntur.
- 16 Monachi ad sacrum aliquem ordinem in apostasia promoti, ab ordine sic suscepto ad arbitrium Papæ sunt suspensi.
- 17 Religiosi à Rectoribus Ecclesiarum requisiti, penitentibus suis scienter de solvendis decimis conscientiam facere omittentes, ab officio prædicationis suspensi sunt.
- 18 Prælati religiosorum ex administratione eucharistiæ, extremæ unctionis, vel Matrimonij solemnizatione, aliquid acquirentes, quando suspensionem incurrant.
- 19 Prælati religionis non satisfaciens damno ex subditorum suorum detractioe illato suspensus est.
- 20 Præpositi, Priores, & alij religiosi mulieres intra monasteria introducentes à Diuinis suspensi, & beneficijs privati sunt.
- 21 Regulares in suspensiones, & alias censuras in Clericos simpliciter latus non incurrunt.
- 22 Vitæ genus regularium à Clericorum secularium vita plurimum distat.
- 23 Regulares deterioris conditionis, quam sint Clerici seculares, esse non debent.
- 24 Capitula, Conuentus, Collegia, & singulares eorundem persone, bona à defunctis prælati Ecclesia relicta, vel vacationis tempore obuenientia, occupantes, aut dilapidantes, ab officijs, & beneficijs, quousque ea restituant, suspenduntur.
- 25 Capitula, & Collegia Ecclesiarum, aut Monasteriorum Episcopos, ipsiusve maiores, aut minores in Curia promotos, absque literis sedis Apostolicæ, de tali promotione factis, recipientia, quamdiu à beneficiis suorum perceptione suspendantur.
- 26 Capitula, aut Conuentus, ob receptionem personarum utriusque sexus ad religionem, passus, pecunias, aut res alias potentes, aut exigentes, ipso iure suspenduntur, & à solo Papa absolui possunt.
- 27 Capitula, & Conuentus beneficia conferentes contra Constitutionem Pij V. de modo admittendi resignationes beneficiarum editam eo ipso à Diuinis suspensi sunt, & à Summo Pontifice tantum absolui possunt.

Primus casus, quo iudices Ecclesiastici suspensionem incurrunt, est, si ferant excommunicationis sententiam non præmissa debita iuris monitione, vel non adhibitis debitis testibus, per quos si opus fuerit probari possit, & hoc etiam si sententia aliàs iusta sit, & sint per mensem ab ingressu Ecclesiæ suspensi. cap. sacros, de sent. excomm. Palud. 4. d. 18. q. 7. ar. 1. casu 12. Summa Aftenfis par. 2. li.

7. ar. 16. artic. 7. casu 2. Angelica, verbo, suspensio, 1. casu 12. Tabiena, verbo, suspensio, numer. 7. vers. 6. casu 13. Syluester, verbo, suspensio, 8. 6. vers. 14. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 2. 26. in tract. de suspens. casu 5. Nauar. in Manual. ca. 27. nu. 156. vers. Quinta. Alphonsus Viuald. tit. de suspensione, num. 70. Cosmus Philiarhus de offic. Sacerd. part. 1. lib. 4. capit. 2. casu 4. Henriquez lib. 13. de excomm. & susp. cap. 39. §. 4. vbi ait, non includi Episcopum sic excommunicantem, aut suspendentem, cum eorum non sit mentio specialis, cap. Quia periculosum, de sent. excomm. lib. 6. Ant. 3. par. tit. 28. cap. 4.

Secundus est, iudices Ecclesiastici sententiam excommunicationis, suspensionis, aut interdicti sine scriptis, vel sine cause expressione, ferentes vel si requisiti non tradunt copiam scripturæ intra mensem, ab ingressu Ecclesiæ, & diuinis officijs per mensem suspensi sunt vt habetur in capitulo, cum medicinalis, de sentent. excommunicat. libro 6. Palud. 4. distinct. 18. q. 2. ar. 2. casu 14. Summa Aftenfis part. 2. lib. 7. tit. 16. artic. 7. casu 3. Angelica, verbo, suspensio, 1. casu 15. Syluester, verbo, suspensio, q. 2. §. 15. Tabiena, verbo, suspensio, numer. 7. vers. 6. casu 13. Nauar. in Manual. cap. 27. num. 156. vers. 6. Cosmus Philiarhus de offic. Sacerd. part. 1. lib. 4. capit. 2. casu 11. Alphonsus Viuald. tit. de suspens. numer. 71. Henriquez lib. 13. de excomm. & susp. capit. 36. §. 4. vbi ait, quod si interm exequatur sententiam, suspensio referatur Papæ, vt etiam docet S. Anton. 3. par. tit. 28. de suspens. cap. 4. & colligitur ex d. cap. cum medicinalis in fine. Circa quam suspensionem aduertendum est ex Palud. 4. dist. 18. q. 7. ar. 3. conclus. 10. quod vt iudex Ecclesiasticus hanc censuram incurrat, requiritur, vt suspendat ab eo, quod competat ipsi suspensio iure suo, vnde si suspenderit ab eo, quod competat iure ipsius suspendentis, scilicet ex commissione ipsius suspendentis, etsi non ferretur hanc formam, in censuram suspensionis non incidere, vt latus in cap. 2. exposuimus. Quæ etiam pena non tangit Episcopos, ex S. Ant. vbi supra, & Toledo lib. 1. c. 13.

Tertius est, iudex Ecclesiasticus ordinarius, vel delegatus non Episcopus, qui contra iustitiam, & conscientiam facit iniuriam parti litiganti in iudicio, amore, odio, vel timoribus ab alijs receptis, per annum ab executione officij est suspensus cap. cum æterni, de sent. & re iudic. lib. 6. Verbi gratia, si debes mihi centum, & conuenio te coram iudice Ecclesiastico, tu præmio corrupis iudicem, ita vt quamuis videat iustitiam meam, tamen contra me iudicet, iudex per annum ab officio suspensus est adeo vsque intra illum se ingerat diuinis officijs, irregularis fit, à solo Papa dispensandus. Palud. 4. dist. 18. q. 7. ar. 2. casu 13. Summa Aftenfis, par. 2. lib. 7. tit. 16. art. 7. casu 11. Angelica, verbo, suspensio, 1. casu 19. Tabiena, verbo, suspensio, nu. 7. vers. 6. casu 17. Syluester, verbo, suspensio, q. 6. vers. 6. Decimo nono Alphon. Viuald. tit. de suspens. num. 74. Cosmus Philiarhus vbi supra, casu 8. qui addit esse etiam suspensionem à diuinis, cum subdat, Quod si infra illum annum negat se diuinis sui irregularis, a qua non nisi a Papa liberari possit. & Tolet. lib. 1. cap. 15. Martin. Ledesm. 2. 4. q. 26. in tract. de suspens. art. 2. casu 10. Nauar. in Manual. ca. 27. nu. 157. vers. Decima S. Anton. 3. par. tit. 28. de suspens. capit. 4. vbi notandum est, quod ad hanc penam incurrendam multa requiruntur.

Primum est, quod non sit Episcopus, ex glof. ibi in verb. Ordinarius. cum hi penam hanc non incurrant nisi eorum mentio fiat. cap. Quia periculosum de sent. excomm. lib. 6. & ca. si compromissarius S. Huiusmodi, de elect. lib. 6. Ledesm. & Nauar. vbi supra.

Secundum est, Quod ille talis faciat iniuriam, vel inferat grauamen contra iustitiam, & conscientiam, ex glof. ibi in verb. Et contra. vbi notat hæc duo sic copulata requiri, vt locum habeat pena.

Tertium est, quod inferat illud grauamen in iudicio, & quod sit iudex quia si sit merus executor, vel arbiter non incurrat hanc penam ex glof. in verb. in iudicio. Angelica Syluestro, Ledesm. Nauar. Henriquez vbi supra. cum ibi solam caueatur de ordinatio, vel delegatio, & ita cum hæc sit pena non est amplianda, sed restringenda. c. odia, & cap. in pennis

penis, de reg. iur. lib. 6. & cap. penæ, de penit. dist. 1.
Quartus est, quod faciat illam iniuriam per gratiam, vel iudicis. Dicitur autè fieri per gratiam, & fordes, id quod fit peccis, precio, timore, vel odio, ex glo. ibi in verb. vel per fordes.

Quartus est, Iudices cõseruatores sedis Apostolicæ scienter se intromitentes, vt cognoscãt de alijs causis quam de manifestis iniurijs, nisi sic eis specialiter cum clausula commissum, vt etiã de alijs possint cognoscere, & se intromitere (cũ qua clausula plures huiusmodi gratiæ ante Conc. Trid. concedebantur; post illud autem statutum est sess. 14. de ref. cap. 5. vt ratio concedantur) per annum ab officio suspensi sunt, vt habetur in capit. Hac constitutione, §. vt autem, de offic. deleg. tit. lib. 6. Palud. 4. dist. 18. q. 7. ar. 2. casu 3. S. Ant. 3. par. tit. 28. de susp. c. 4. Angelica, verbo, suspensio, casu 17. Syluest. verbo, suspensio, §. 6. vers. 17. Tabiena, verbo, suspensio, num. 7. vers. 6. casu 15. Martin. Ledef. 2. 4. q. 26. art. 2. in tract. de suspens. casu 9. Nau. in Man. ca. 27. num. 157. vers. Nona. Henriquez libr. 13. de excom. & susp. tit. de suspens. num. 80. Tolet. lib. 1. c. 15.

Quædam Religiosos autem, suspensionem incurrunt ipso iure in quibusdam casibus.

Primus est, Abbas etiam regularis subditis laicis tõsurã, aut minores ordines conferens, aut eisdem literas dimissio- nas, vt ab alijs ordinentur, concedens, ab officio, & benefi- cio per annum ipso iure suspensus est, vt habetur in Con- cil. Trid. sess. 23. de reform. c. 10. At vero suis regularibus primam tonsurã, & minores in suo Monasterio, & Eccle- sia propria conferre potest arg. c. Quoniam, dist. 69. & c. cum contingat, de ata. & qualit. & c. Abbates de priuileg. lib. 6. & fact. Concil. Trid. in d. c. 10. vers. Qui regularis subditus sibi non sit. Simon Maiol. lib. 3. cap. 23. nu. 12. vers. Quia ratio, & lib. 4. c. 2. nu. 10. vers. Nec ista omnia. Possunt tamè Abbates inuitati in claustris aliorum exem- ptorum, iure suo tonsuram, & minores conferre, nec incur- rant hanc penam, etiam non requisiti Diocesano, ex sen- tentia Lap. Hostiensis, & Ioan. Andriques refert Gemin. in d. cap. Abbates, vers. Quid si Abbas. Simon. Maiol. libr. 3. de iure, cap. 23. num. 12. Et quamuis infra annum proba- tionis, nec quidem primam tõsurã dare debet, eo quod hoc anno probationis pendente, habentur quasi pro non subditis quoad ordines suscipiendos, id quod inductum est, ne fiat fraus legi, si illi postea claustrum derelinquerint ex Ioan. Andr. in cap. Abbates, in verbo, conuolauerunt, de priuileg. libr. 6. Gemin. & Lap. ibidem, si tamen tonsu- ram conferat nouitio, peccat, sed non fit suspensus, ex Hé- riquez libr. 13. de excom. & susp. c. 38. §. 2. quicquid Maiol. lib. 4. c. 2. nu. 11. in fine contrarium insinuat. Quod si talis nouitius a monasterio recedat, non gaudet priuilegio ton- suræ, vt Henriquez vbi supra notauit.

Secundus est, Abbates, & Priores, qui non habent supra se Abbatem in religione monachorum nigrorum, si delin- quant in habitu, & pertinentibus ad honestatem vestitus, id est, si secularis non corrigiãtos, & altos, aut caputia non sista portare presumpserint, per annum a beneficiõrũ collatione suspensi sunt Clem. 1. §. si quis autem, de statu monac. vbi Nota glo. in verb. Nigrorum, hanc suspensio- nem non habere locum in Monachis Cisterciensibus, qui solum habitum superiorem nigrum gestant, inferiorem vero album; vnde colligimus Monachos nigros vocari il- los qui vtrumque habitum nigrum gestant; quales sunt Benedictini, ex Tabiena, verbo, Suspensio, nu. 7. vers. 6. casu 3. r. Syluest. verbo, eod. vers. 33. Henriquez libr. 13. de excom. & susp. c. 4. §. 3. casu 4. Alphonso Viualdo tit. de susp. nu. 94. & nu. 95. Durante autem tempore suspensio- nis Abbatis, vel Priorum, collatio eorũdem beneficiõrum a Priorem claustralem cum consilio, & consensu maio- ris partis capituli, seu conuentus deuoluitur.

Tertius est, Monachi inferiores in eodẽ ordine excedẽ- tes in vestitu, vt dictum est, suspenduntur per annum ab omni administratione quam habent; Quod si nullam ha- beant, eo ipso per annum inhabiles ad omnem administra- tionem, & Ecclesiasticum beneficium obtinendũ reddun- tur. Clem. 1. §. si quis autem, de statu monach. Tabiena, &

Sylu. vbi suprã. Angelica, verbo, suspensio, r. casu 34.

Quartus est, Abbates, & Priores, qui non habent supra se Abbatem ex eodẽ ordine Benedictinorum, si venatio- ni, vel aucupationi clamorosa, vel aliã cũ canibus, aut au- bus, ex proposito interfint; per duos annos a collatione be- neficiorum suspensi sunt, & collatio beneficiõrum duran- te hoc tempore ad Priorem, & conuentum pertinet. Clem. prima, §. si quis autem, de statu monach. vbi notãdum ex glo. iisdem, quod si venatio sine canibus, & aucupatio si- ne auibus fiat, scilicet cum retibus, vel laqueis, aut tali ve- nationi interfuerint casu, non erit locus huic penæ.

Quintus est, Monachi inferiores eiusdẽ ordinis si inter- sint venationi ex proposito ad eum modum, quo diximus per biennium ab eadem administratione si quam habent suspensi sunt; quod si nullam habeant, eo ipso per bienniũ inhabiles ad omnem administrationem, & beneficium ec- clesiasticum obtinendum efficiuntur, ex d. Cle. 1. §. si quis autem. Tabiena, vbi suprã Alphonso Viualdo, cit. nu. 95.

Sextus est, Religiosi aggrauãtes, vel fraudãntes Ecclesias circa decimas eis debitas, easque sine causa rationabili, aut priuilegio sibi vsurpantes, si requisiti per illos, quorum interest, non desistunt infra mensẽ, vel de vsurpatis, vel retentis infra duos menses, non satisfaciãnt, ab officijs, ad- ministrationibus, & beneficijs suis, donec desisterint, & satisfecerint, suspensi sunt; Quod si religiosi huiusmodi ad- ministrationes vel beneficia non habeant, eo casu quo alij supradicti suspensionis ipsi sententiam excommunicationis incurrant, a qua non nisi præmissa satisfactione absol- ui possunt. Clem. 1. de Decimis. S. Anton. 3. par. tit. 28. de suspensione, ca. 4. non longè a fine. Angelica, verbo, suspensio, r. casu 31. Tabiena verb. eod. nu. 7. vers. Sexto, casu 29. Henriquez li. 13. de excom. & susp. c. 40. §. 3. & Alphonso Viualdo tit. de susp. nu. 100. vbi est obseruandum, quod ad hanc suspensionem incurrendam ponitur ibi vna condi- tio, scilicet vt sint requisiti ab ipsis Religiosis Ecclesiarum; vnde quousque ab illis requisiti fuerint, in hanc censuram non incidunt. Eandem censuram incurrunt religiosi, si nõ permittant solui decimas de animalibus famularum, & pastorum suorum, quod intelligendum est, postquam fue- rint requisiti, si nõ desisterint, & satisfecerint, vt in d. Cle. 1. habetur, Addit etiam S. Ant. post Ioan. Andr. in glo. in verb. Donec se credere quod sufficiat iudicis declaratio su- per satisfactione, nec sit necessaria absolutio quoad suspensio- nem; ad excommunicationem vero requiritur absolutio post condignam satisfactionem.

Septimus est, Prælati religiosorũ, ad quos occasione ex- cessuum religiosorum suorum, (vt statim dicam) aliquid quoquo modo peruenerit, nisi de eo satisfecerint Ecclesijs & personis damnificatis infra mensẽ postquam requisi- ti fuerint, vsque ad debitam satisfactionem suspensi sunt. Excessus autem tres sunt præcipuè, qui omittuntur a religio- sis quando interfunt testamentis; Primus est, si retrahant ipsum testatorem a legatis faciendis Matricibus Ecclesijs. Secundus est, si retrahant eosdem a debitis restitutioni- bus faciendis. Tertius est, si procurent legata, vel debitas vel mala ablata incertorum Dominorum, erogari sibi, vel alijs singularibus personis sui ordinis, vel ipsis conuicibus in præiudicium aliorum quorum interfunt, vt habetur in Clem. Religiosi, §. quibus etiam, de priuileg. Henriq. li. 13. de excom. & susp. c. 40. §. 4. vbi ait, non prohiberi regulares inducere morientes, vt sponte legent aliquid suo Monaste- rio, dum indiget, aut reducere ad memoriam proprias ne- cessitates de qua re legi possunt Nau. in Man. c. 26. nu. 26. & Viu. tit. de susp. nu. 75. Hæc autè suspensio, vt notat glo. in d. Cle. Religiosi i verb. suspensio, intelligitur ab officio

Octauus est, Religiosi quicunque præsidentes Monaste- rij, Prioratibus, Ecclesijs, & administrationibus quibuscũ que si iura redditus, vel possessiones eorũ monasteriorum Prioratuum, Ecclesiarum, & administrationum alicui ad vitam eius, id est, ex glo. ibi in verb. Eius recipientis, vel cõ- cedentis, seu ad certam tempus pecunia etiam inde rece- pta, quouis modo concesserint, nisi duo cõcurrant. si neces- sitas, aut vtilitas Monasteriorum, Prioratuum, Ecclesia- rum, aut administrationum huiusmodi id exposcat, & tunc eam consensu Conuentus, si Conuentũ habeat, aut li

Conuentum non habent, de conſenſu Prælati ſuperioris, ab officio ſuſpenſi ſunt nec aliter facta valet conſeſſio, vt habetur in Clement. prima, de rebus Ecclēſ. non alien. S. Anto. 3. par. tit. 28. de ſuſpenſione, c. 4. circa medium. Angelica, verb. Suſpenſio, 1. caſu 36. Tabiena, verb. Suſpenſio num. 7. verſ. Sexto, caſu 28. Sylueſt. verb. Suſpenſio, quaſt. 6. verſic. Trigēſimo. Alphoñſus Vivald. tit. de Suſpenſ. num. 7. Coſinus Philarchus de offic. Sacerd. par. 1. libro 4. cap. 2. caſu 13. Martin. Ledem. 2. 4. q. 26. tract. de ſuſp. art. 2. caſu 14. Nauar. in Man. cap. 27. num. 157. verſ. Decima quarta. Henriquez lib. 13. de excomm. & ſuſpenſ. cap. 40. §. 1. Exciipiuntur ibidem duo caſus, ſcilicet locationes, & venditiones reddituum, vel fructuum ad modicum tempus, de quo modico tempore vide gloſ. ibi in verb. ad modicum tempus. Mihi tamen valde probabile eſt hoc tempus breue eſſe triennale, iuxta Extrauag. Pauli II. quæ incipit. *Ambitioſa*. de reb. Ecclēſ. non alien. vt etiam inſinuat Henriquez vbi ſuprà.

12 *Nonus eſt*, Fratres Prædicatores ſi perturbare præſumerint officium Inquiſitoris contra hæreticos, per Fratres Minores exercitatum; & idem de Minoribus perturbantibus officium Inquiſitoris per Prædicatores exercitatum ipſo facto ab executione ordinum Sacrorum ſuſpenſi ſunt, quouſque vel per Sedem Apoſtolicam, vel per ipſum Inquiſitorem cuius officium perturbantur, abſoluantur, vt habetur in quodam privilegio conſeſſo a Clemente IV. quod incipit *Paupertas* altiffima, & refertur a S. Anton. 3. par. tit. 28. de ſuſpenſ. cap. 4. Tabiena, verb. Suſpenſio num. 7. verſic. Sexto caſu 36. Sylueſt. verb. eod. verſic. 38. & 39. Henriquez lib. 13. de excomm. & ſuſpenſ. capit. 40. §. 3. Alphoñſo Vivaldo in Candelabro, tit. de ſuſpenſione, num. 100. & alijs.

13 *Decimus eſt* Fratres Prædicatores, & Minores recipientes ad profeſſionem aliquem in ordine ſuo ante probationis annum elapſum, ſunt ipſo facto a receptione quorumlibet ad profeſſionem eiusdem ordinis ſuſpenſi, & pœna grauiori puniendi nec tenet profeſſio, capitu. Non ſolum de regular. lib. 6. S. Anto. 3. par. tit. 28. de ſuſpenſ. c. 4. Summa Aſtenſis, par. 2. lib. 7. tit. 16. ar. 7. caſ. 37. Angelica, verb. ſuſpenſio, 1. caſ. 28. Sylueſt. verb. ſuſpenſio, q. 6. verſ. 28. Tabiena, verb. Suſpenſio, n. 7. verſ. Sexto, caſu 26. Mar. Ledem. 2. 4. q. 26. art. 2. tract. de ſuſpenſ. caſu 12. Nauar. in Man. capit. 27. num. 157. verſ. Daodecima. Henriquez lib. 13. de excomm. & ſuſp. cap. 40. §. 2. Alphoñſus Vivald. tit. de ſuſpenſ. num. 104. & Coſinus Philarchus de officio Sacerd. par. 1. libr. 4. cap. 2. caſu 9. Tolet. lib. 1. cap. 15. Et ſecundum gloſ. in d. c. Non ſolum, in verb. Suſpenſos, Superior qui non peccauit ab ea abſoluere poteſt quod etiam fatetur Aſtenſis cit. argum. cap. Nuper, de ſenten. excommunic. in antiq. Que ſuſpenſio ex eodem Aſtenſi, & alijs nonnullis ad omnes Medicantes extenditur, in cap. Conſtitutionem de regul. lib. 6. & ita ſentit Henriquez vbi ſuprà.

14 *Vndecimus eſt*, Religioſi non profeſſi ſi ad Sacros ordines promoueantur, a ſuſceptione ordinum ſuſpenſi ſunt ex Bulla Pij V. quæ incipit *Romanus* Pontifex. Super extensione, decreti Concilij Trident. Sess. 21. de reſor. c. 2. a qua tamen ſuſpenſione immunes ſunt religioſi Societatis Ieſu per Bullam Greg. XIII. editam, anno 1582. ex Henriquez lib. 13. de excomm. & ſuſp. c. 37. §. 1.

15 *Duodecimus eſt*, Religioſi abſque licentia & literijs dimiſſorijs proprij Prælati Sacris initiati, ab vſu ordinu Sacrorum ſic ſuſceptorum ſuſpenſi ſunt, argu. Extrau. Cum ex Sacrorum Pij II. Nauar. in Man. cap. 25. num. 70. & ca. 27. num. 155. verſ. Tertia. Henriquez lib. 13. de excomm. & ſuſpenſ. c. 40. §. 1.

16 *Decimū tertius eſt*, Monachi ad Sacrum aliquem ordinem in apoſtaſia promoti, quantumlibet fuerint ſuo Abbati reconciliati, & ad ordinem redierint, ab ordine tamen ſic in apoſtaſia recepto ſunt ſuſpenſi, quouſque per ſedem Apoſtolicam diſpenſentur, c. fin. de Apoſtaſis. S. Anton. 3. par. tit. 28. de ſuſpenſ. cap. 4. quicquid Henriquez lib. 13. cap. 30. §. 1. talem irregularem, non autem ſuſpenſum eſſe veli vbi obſeruandum eſt, ad hanc pœnam incurſendam requiri vt in Apoſtaſia talis ordo ſacer receptus ſit; ſi enim Monachus non verè apoſtataſſet, ſed ex vna reli-

gione ad aliam tranſiſſet, & ſuſcepto ordine in ſecunda religione ad primam poſtea rediret, poterit etiam in prima religione ministrare in ordine ſic ſuſcepto. ca. ex parte, & ibi gloſ. in verb. Ad nigros de temp. ordin.

17 *Decimus quartus eſt*, Religioſi qui poſtquam a Rectoribus Ecclēſiarum requiſiti fuerint, ſcienter omittunt facere conſcientiam ſuis pœnitentijs de ſoluendis decimis, a prædicationis officio tam diu ſuſpenſi ſunt, doneceiſi commode poterint, conſcientiam fecerint. Clement. Cupientes, de pœnis. S. Anton. 3. par. tit. 28. de ſuſpenſ. c. 4. Angelica, verb. Suſpenſio, 1. caſu 32. Tabiena, verb. Suſpenſio, num. 7. verſic. Sexto, caſu 30. Sylueſt. verb. Suſpenſio, quaſt. 6. verſic. Trigēſimo ſecundo. Alphoñſus Vivald. tit. de Suſpenſione, num. 76. Henriquez lib. 13. de excomm. & ſuſpenſ. ca. 40. §. 3. Exciipiuntur tamen religioſi illi qui habent ius exigendi decimas, ex d. Clem. Cupientes, & ibi glo. in verb. percipientium.

18 *Decimus quintus eſt*, Prælati Religioſorum qui ex adminiſtratione Eucharistiæ, extremae Vnctionis, vel matrimonij ſolemnizatione cum benedictione nuptiali, aut quacumque abſolutione indebita aliquid acquiſerunt, niſi poſtquam requiſiti fuerant, infra menſem reſtituerint, vicè ad debitam ſatisfactionem ſuſpenſi ſunt. Clem. religioſi de privileg. vt notant Angelica in verb. Suſpenſio, 1. caſu 36. Tabiena, verb. Suſpenſio, num. 7. verſic. Sexto, caſu 34. Sylueſt. verb. Suſpenſio, q. 6. verſic. 34. Sylueſt. de Suſpenſione, num. 75. & fauet Henriquez lib. 13. de excomm. & ſuſpenſ. ca. 40. §. 4. ia fine. Alij tamen hanc ſuſpenſionem & fortaiſe melius omittunt, cum in d. Clem. ſolum excommunicentur religioſi ſubditi, qui Sacramenta hæc ſine ſpeciali licentia præbiteri parochialis Clerici, aut laici adminiſtrant, vt in parte prima d. Clem. conſtat vbi nulla mentio ſic ſuſpenſionis. De qua te egimus lib. 5. c. 29. ex communicatione decima, verſ. Quatto.

19 *Decimus ſextus eſt*, Suſpenditur religioſi Prælati, niſi dampno ſatisfaciat, quod aliquis ex ſuis ſubditis intulit detrahendo Prælatiſ in concione, prædicando indiſcretas indulgentias, detrahendo laicos ne ad parochiam accedant, abſoluendo ſine privilegio a reſeruat. Epilcopo, vel Papæ. Clement. religioſi §. Quibus autem, de privileg. & Henriquez lib. 13. de excomm. & ſuſp. c. 40. §. 4. & fauet Nauar. in Man. c. 25. num. 142. verſ. Tertio peccant.

20 *Decimus ſeptimus eſt*, Præpoſiti, Priores, & omnes religioſi qui introducant mulieres intra monaſteria a Diuiniſ ſuſpenſi ſunt, & beneficijs priuati, & ad illa, & ad alia omnia inhables redduntur, ex Bulla Pij V. quæ incipit *Regulatum*. Alphoñſus Vivald. tit. de Suſpenſione, num. 118. de qua te legenda ſunt, quæ diximus lib. 3. capit. 31. excommunicatione nona.

Quoad Suſpenſiones autem in iure contra Clericos latas, aduertendum eſt, quod hæc Gem. in cap. ſi ſententia, num. 3. de ſen. excomm. lib. 6. exiſtmet regulares in

21 ſuſpenſiones, & alias cenſuras in Clericos ſimpliciter latas incidere; verior tamè & communior opinio eſt quam latius probat, & tuetur, Vgolin. de cenſur. Ecclēſ. Tab. 4. cap. 11. §. 2. regulares in cenſuras non incidere, quæ ſimpliciter in Clericos late ſunt, tum quia ex communis modo loquendi, qui ſeruandus eſt, arg. cap. cum dilectus de conſuetud. religioſi non dici ſolent Clerici, argu. Clem. 1. de privileg. maxime in penis, quæ reſtringendæ ſunt, cap. odia, & c. in penis, de reg. iur. lib. 6. tum etiam, quia vbi ius ipſum regulares comprehendere velit, eos nominare

22 ſolet, vt in Clem. Quoniam, de vita & honeſt. Cler. tum quia aliud vitæ genus eſt regulatum, aliud Clericorum ſecularium & ſeparatum de ipſis in tit. de regul. & in tit. de ſtatu monach. agitur. Tum etiam quia ſi Clerici ſeculares in eas pœnas non incidunt, quæ in regulares late ſunt, vt ſenſit gloſ. in Clem. 1. in verb. religioſi. de privileg. & fauet Nauar. in Man. cap. 25. num. 142. verſ. Tertio peccat neque a contrario regulares in pœnas Clericorum incidere debent a contrario regulares in pœnas Clericorum inſiſt. argum. ſi. ſi. de leg. 3. de qua te Vgolin. vbi ſuprà latius agit. Vnde merito ſuſpenſiones religioſorum ad illiſ, quæ Clericos concernunt, diſtinctis capitibus appoſuimus.

De suspensionibus contra simplices Clericos latis propter receptionem ordinum. Cap. XIV.

S Y M M A R I V M.

- 1 Ordinati ab Episcopo heretico, schismatico, excommunicato, vel deposito, ordinis suscepti executionem non habent.
- 2 Episcopalem consecrationem ab Episcopis hereticis, schismaticis, excommunicatis vel depositis recipiens, a solo Papa dispensari potest.
- 3 Episcopalem consecrationem ab Episcopo extra Ecclesiam ordinato accipiens, in ordinibus susceptis nullo unquam tempore ministrare valet.
- 4 Excommunicatus suspensus aut interdictus quis post Concilium Constantiense vitandus.
- 5 Ordinatus per vim, & metum in virum constantem cadentem, ab hereticis, aut schismaticis, quando suspensionem incurrat.
- 6 Ordinatus ad Episcopo Simoniaco scienter non tamen Simoniace, ab ordine suscepto suspensus est.
- 7 Ordinatus ordine Sacro ab Episcopo, qui renunciauit Episcopatu, cedente loco, & dignitati, ab ordine suscepto suspensus est.
- 8 Episcopi renunciantes tantum loco ordines, sicut prius, quare conferre possint.
- 9 Ordinatus a pseudoepiscopo, sed tamen tolerato, quando ab exercitio ordinis suscepti suspensus censetur.
- 10 Ordinatus ab alieno Episcopo sine proprii dimissionis, ad proprii Episcopi arbitrium suspensus est.
- 11 Ordinatus ante legitimam aetatem ipso iure suspensus est.
- 12 Ordinatus Minoribus ante legitimam aetatem, quamvis peccabat, antiquo tamen iure suspensus non erat.
- 13 Tempus ad ordines minores suscipiendos prescriptum non est, & quare.
- 14 Bulla Pij II. circa ordines suscipiendos multis olim fuit ignota.
- 15 Ordinatus ante aetatem accedente etate adhuc manet suspensus, quousque censura relaxetur.
- 16 Ordinatus Sacro aliquo ordine sine titulo an suspensus sit.
- 17 Ordinatus Sacris absque titulo an ex Bulla Pij V. suspensus sit.
- 18 Patrimonium loco tituli sufficit, ut quis ad ordines promoveri possit.
- 19 Titulus intelligi potest tam ille qui presens habetur, quam qui postea habendus est.
- 20 Vicaria temporalis, & alia beneficia manualia, & amovibilia, titulus dici non possunt.
- 21 Ordinatus Sacri extra tempora a iure statuta, ab eorum executione suspensus est.
- 22 Tempora extra, qua Sacri ordines sine Papae licentia recipi nequeunt, quanam sint.
- 23 Ordines duos Sacros eodem die recipiens, absque dispensatione Papae, ab executione posterioris suspensus est.
- 24 Ordines duos Sacros duobus diebus continuis, & immediatis recipiens, a posteriori suspensus est.
- 25 Ordines Minores, ac Subdiaconatum eodem die recipiens, ab executione Subdiaconatus suspenditur.
- 26 Ordinatus per saltum, ab ordine superiori ad quem per saltum promotus est, quousque suspensus maneat.
- 27 Cum ordinato per saltum an Episcopus dispensare possit & quando.

24 *Decimus de causis est, quod ad Capitula: Capitula, conuentus, collegia, & singulares earundem personarum, si de iuncto prelatu Ecclesie Cathedralis, vel regularis, vel Collegialis, occupant, inter se diuidant, subspiciant, dilapident, dissipent bona ad ipsos prelatos relicta, vel vacationis tempore obuentia, ab officijs, & beneficijs quibuscunque suspensi sunt, donec plene restituant Ecclesie, vel successori quicquid de bonis perceperint supradictis, c. Quia sepe, de elect. lib. 6. Palud. 4. dist. 18. quest. 7. art. 2. casu 2. Angelica in verb. suspensio, 1. casu 16. Syluester, verb. suspensio, quest. 6. versic. 16. Tabiena, verb. suspensio, num. 7. versic. Sexto, casu 14. & Martin. Ledes. 2. 4. q. 26. art. 2. in tract. de suspens. casu 7. Nauar. in Man. cap. 27. num. 156. versic. Septima. Alphonsus Vivald. tit. de Suspensionibus, nu. 44. Tole. tit. lib. 1. c. 37. Henriquez lib. 13. de excomm. & suspens. c. 39. §. 4. casu 4. Vbi Notandum est.*

Primo, reuocari etiam omnia priuilegia, Constitutiones, & consuetudines in contrarium, vt ex d. c. Quia sepe conit.

Secundo, locum etiam habet in redditibus Sigilli, & in quo libet alio prouentu, & emolumento, vt declaratur in Clem. statutum, de elect. & intellige, quando prelatu principalis decedit, ex Angelica, Syluestro, & Tabiena cit. & glossa in d. cap. Quia sepe, in verb. Vacantibus.

Tertio, ex Palud. extenditur hæc suspensio non solum ad beneficia, quæ habet in illa Ecclesia, sed etiam ad ea, quæ habet in alijs, quia suspensus est ab officio, & beneficijs quibuscunque, & idem docet glossa in d. c. Quia sepe, in verb. Beneficijs quibuscunque.

Quarto, suspensio hæc solum intelligitur de Ecclesijs Collegiatis, in alijs enim non habet locum hæc Constitutio, ex glossa in d. cap. Quia sepe, in verb. Collegiatis. Sed illa, quæ habetur in cap. presentis, de offic. ordin. lib. 6. Si euetiam constitutio huius c. Quia sepe non extenditur ad extraneos, & qui non sunt de collegio, ex glossa ibi in verb. eandem.

Quinto, Si totum Capitulum in hoc delinquat, licet totum incurrat suspensionem, non tamen vacare debent interim officia diuina in Ecclesia, sed ex fructibus ipsorum suspensorum conducendi sunt Clerici, aig. eorum quæ habentur, in cap. peruenit. 2. & ibi glossa in verb. assignes, de appellat. & glossa in cap. Cupientes, §. ceterum, in verb. Beneficijs, de elect. lib. 6. & facit c. cum ex eo, §. porro, & glossa in cap. Quia sepe, in verb. officio, de elect. lib. 6.

25 *Decimus nonus est, Capitula, & Collegia Ecclesiarum, aut Monasteriorum, & alij, qui Episcopos, ipsius aut maiores, aut minores in Romana Curia, aut promotos, aut consecratos, aut Benedictionis munus consecutos absque Sedis Apostolicæ literis de huiusmodi promotione recipiunt, aut eisdem obediunt, tamdiu à beneficijs suorum perceptione suspensi sunt, donec super hoc eiusdem Sedis gratiam meruerint obtinere. Extrauag. 1. de elect.*

Viginti est, Cōuentus, & Capitula in receptione personarum vtriusque sexus ad religionem, aut ante, aut post illam, quouscunque passus, prandia, seu cœnas, pecunias, locata, aut res alias, etiam ad vsum Ecclesiasticum, seu quemuis pium vsum alium deputatas, vel deputandas, directè, vel indirectè petentia, vel exigentia, ipso iure suspenduntur, & à solo Pontifice absoluntur. Clem. San. de Simonia. Alphons. Vivald. in suo Candelabro aureo, tit. de suspensione, num. 45. de qua te plura à nobis lib. 3. c. 39. excomm. 2. dicta sunt.

27 *Viginti primus habetur in Bulla Pij V. quæ incipit, Quanta Ecclesia, edita 1568. Kal. Aprilis, & est 58. eiusdem in ordine, in qua Capitula & Cōuentus, quibus ob transgressionem Bullæ prædictæ circa non admittendas beneficijs in resignationes est interdicta facultas conferendi beneficia seu officia, vel confirmandi, eligendi, presentandi, & instituenti quemquam in ipsis, & nihilominus ea omnia, vel aliqua, sic potestate priuati faciunt, eo ipso a Diuina suspensi sunt, & à solo Papa absoluntur. Quem autem modum, & quam formam obseruare debeant in admittendis beneficijs in resignationibus, & quo modo violenter prædicta constitutio, explicauimus supra de hæc te agentes hoc ipso libro, c. præcedenti, in fine.*